

Council of Laodicea

INCIPIUNT CAPITULA SYNODI LAUDACIAE

- I. De digamis*
- II. De his, qui diversorum peccatorum lapsus incurrunt*
- III. De neophitis non promovendum ad sacerdotum*
- 5 *III. Non licebit coram caticuminis clericos fieri*
- V. Non licere clericis usuram vel sescupla accipere*
- VI. Non debere haereticos in heresi permanentes in ecclesiam ingredi*
- VII. De Novatianis et Quartodecimanis*
- VIII. De Catafrigis ad ecclesiam venientibus*
- 10 *VIII. Non debere catholicos in ea, quae martyria sua heretici dicunt, intrare*
- X. Non debere catholicam hereticorum matrimonio sociari*
- XI. De caticuminis ecclesiae*
- XII. De ordinandis episcopis cum consilio metropolitani et finitimorum episcoporum*
- 15 *XIII. Non licere populo ministros altaris eligere*
- XIII. Sanctas oblationes pro eulogiis in festivitate paschali ad alias parochias non debere transmitti*
- XV. De psalmistis*
- XVI. Ut sanctum evangelium sabbatis legatur*
- 20 *XVII. Psalmos sparsim non licere confundi*
- XVIII. De orationibus cotidianis*
- XVIII. De ordine orationum caticumenorum atque fidelium et de communionem*
- XX. De disciplina atque modestia clericorum*
- XXI. De ministerio subdiaconorum*
- 25 *XXII. De ministris ut orario non utantur*
- XXIII. Quoniam non oportet lectores vel psalmistas orario uti et sic legere*
- XXIII. De lectoribus et psalmistis, ut tabernas non intrent*
- XXV. Non licere ministris panem dare aut calicem benedicere*
- XXVI. De exorcistis*
- 30 *XXVII. Non debere clericos sive laicos ad agapem vocatos partes tollere*
- XXVIII. Non licere in ecclesiis accubitos sternere vel agapem facere*

4 promovendum] *read* promovendis sacerdotum] *read* sacerdotium 5 Non] No *before*
correction 6 sescupla] sesculpa *before* correction 8 Novatianis] novationis *before*
correction Quartodecimanis] quardecimanis *before* correction 25 orario] oratio *before*
correction 30 vocatos] vacatos *before* correction 31 accubitos] *read* accubitus

	<i>XXVIII. Non debere Christianos sabaptizare</i>	
	<i>XXX. Nulli Christiano licere cum mulieribus lavacra exercere</i>	
	<i>XXXI. De cavendis hereticorum conubiis</i>	
	<i>XXXII. Non licere ab hereticis eulogias accipere</i>	35
	<i>XXXIII. Non debere cum hereticis aut scismaticis orare</i>	
	<i>XXXIII. Non eundum ad falsos martyres</i>	
	<i>XXXV. Non licere Christianis derelicta ecclesia ad angelorum congregationes colligi</i>	
87r	<i>XXXVI. Non licere clericos magos vel incantatores esse aut filacteria facere</i>	40
	<i>XXXVII. Non licere ab hereticis vel Iudaeis feriatica, quae mittuntur, accipere</i>	
	<i>XXXVIII. Non licere a Iudeis azimas accipere</i>	
	<i>XXXVIII. Non licere cum paganis festa caelebrare</i>	
	<i>XL. Episcopos ad synodum vocatos non debere contempnere</i>	
	<i>XLI. Non debere clericum vel laicum sine epistolis peregrinare</i>	45
	<i>XLII. Nullum clericum debere sine iussione <u>sui</u> episcopi peregrinare</i>	
	<i>XLIII. Ministros non debere ab hostiis recedere</i>	
	<i>XLIII. Non oportet post duas septimanas quadragesimae aliquem ad baptismum suscipere</i>	
	<i>XLV. Non debere mulierem ingredi ad altare</i>	50
	<i>XLVI. Baptizandos debere fidei symbolum et discere et reddere.</i>	
	<i>XLVII. De his, qui in egritudine baptizantur.</i>	
	<i>XLVIII. Quia post baptismum xrisma dandum est.</i>	
	<i>XLVIII. In quadragesima sabbato tantum et dominicam offerendum.</i>	
	<i>L. Non licere quintam feriam septimane <u>maioris ieiunium</u> solvi.</i>	55
	<i>LI. Non debere in quadragesima nisi sabbato et dominico natalitia martyrum caelebrare.</i>	
	<i>LII. Non licere in quadragesima nuptias fieri.</i>	
	<i>LIII. Non licere Christianos ad nuptias euntes cantare aut ballare.</i>	
	<i>LIII. Non licere ministros altaris vel ceteros quoslibet spectaculis, quae aut in nuptiis aut in caenis exhibentur, interesse.</i>	60
	<i>LV. Non debere clericum vel laicum Christianum ex symbolis convivia caelebrare.</i>	
	<i>LVI. Non oportet presbiteros ante ingressum episcopi ingredi et sedere in tribunalibus.</i>	65

LVII. *Non debere in vicis et villis episcopos ordinare, neque presbiteros sine praecepto vel consilio episcopi aliquid agere.*

LVIII. *Non oportet in domibus ab episcopis vel presbiteris oblationem fieri.*

LVIII. *Non licere psalmos ab idiotis compositos in ecclesia dici, nec libros, qui non sunt canonici, legere.*

EXPLICIUNT CAPITULA

INCIPIT SYNODUS LAUDICIAE

SANCTA SYNODUS, QUAE APUD LAUDICIAM FRIGIAE PACATINE *convenit, ex diversis provinciis Asiae regulas exposuit ecclesiasticas, sicut infra scriptum est.*

DE EO QUOD OPORTET SECUNDUM ECCLESIASTICUM CANONEM EOS; QUI LIBERE ET LEGITIME secundis nuptiis iuncti sunt, nec occultam permutationem operati sunt, pauco tempore exempto vacare orationibus et ieiuniis et secundum veniam reddi eis communionem.

II. *His, qui diversorum peccatorum lapsus incurrunt, et oratione, confessione ac penitentia malorum suorum perfectam conversionem demonstrant, pro qualitate peccati poenitentiae tempus adtribuendum est, propter misericordiam et bonitatem dei. Qui ergo huiusmodi sunt, revocandi et ad communionem sunt applicandi.*

III. *Non oportet neophitum promoveri ad ordinem sacerdotalem.*

III. *Non licere manus inpositionem super ordinandos praesentibus caticuminis fieri.*

V. *Non licere fenerare ministris altaris vel in sacerdotali ordine constitutis vel usuras vel lucra, quae sescupla dicuntur, accipere.*

VI. *Non concedendum haereticis ingressum domus dei in heresi permanentibus.*

VII. *Novatianos vel etiam Quartadecimanos, quos Geci TECCEPEC KALAE KATERE, tesseresce decateres, appellant, id est qui quartadecima luna primi mensis cum Iudaeis pascha caelebrant, sed et caticuminos eorum vel fideles non recipi priusquam condempnent omnem heresim, plenissime autem ante omnia, in qua detinebantur. Et nunc, qui apud eos fideles dicuntur, symbolum fidei doceantur; atque ita unctos sancto etiam xristate divino sacramento communicare conveniet.*

VIII. *Eos, qui convertuntur ab heresi, quae dicitur Cataphrigarum, qui se in clero constitutos existimant, quamvis magni dicantur huiusmodi, cum omni diligentia cathecizari oportet et baptizari ab ecclesiae catholicae episcopis et presbiteris.*

VIII. *Non concedendum in cymiteria, vel quae martyria hereticorum dicuntur, catholicos orationis gratia et petendae curationis intrare. Sed et qui ierunt, si*

82 penitentia] patientia before correction 89 altaris] a litteris before correction vel²] et vel before correction (et expunged) 93 Novatianos] Nonvationos before correction Geci] sic! read Greci

sunt fideles, incommunicabiles factos ad poenitentiam, usque aliquot tempus redigi; poenitentes autem eos et errasse confitentes suscipi oportet.

87v *X. Mulieres, quae apud Gregos presbiterae appellantur, apud nos autem viduae seniores, univirae, et matricuriae appellantur, in ecclesia tamquam ordinatas constitui non debere.*

110

XI. Eos, qui ad ecclesiam pertinent, indifferenter filios proprios hereticorum nuptiis minime sociari debere.

XII. Episcopum non oportet praeter iudicium metropolitanorum et finitimorum episcoporum constitui ad ecclesiae principatum; nec eligantur nisi hi, quos multo ante nota probabilisque vita commendat, et nihilominus si in sermone fidei et recta oratione per suam conversationem fuerint probati.

115

XIII. De eo quod non sit populis concedendum electionem facere eorum, qui altaris ministerio sunt applicandi.

XIII. Sanctas oblationes ad vicem eulogiarum per festivitatem paschalem ad alias parochias mitti minime oportet.

120

XV. Non licere praeter canonicos psalmos, nisi qui regulariter cantores existunt quique pulpitum ascendunt et de codice legunt, alium quemlibet in ecclesia psallere.

XVI. Sabbatis evangelia cum aliis scripturis legenda esse censemus.

XVII. In processionibus non conectere, id est ex diversis versibus et sensibus libri, in unum canticum minime coniungere, sed singulorum psalmorum ordinabiliter debere fieri lectionem.

125

XVIII. De eo quod semper supplicationes ordinationum et ad horam nonam et vesperam oportet celebrari.

XVIII. Quoniam caticuminorum orationem separatim et prius prostratis eis episcopum oporteat celebrari; quibus egressis orent etiam hi, qui in poenitentia sunt constituti; et post manus inpositionem his quoque abscedentibus, tunc fideles orare debent. Quorum tres orationes fiant: una quidem, id est prima, per silentium; secunda vero et tertia per vocis pronuntiationem. Et tunc demum, osculum pacis dare debere, et postea quam presbyteri episcopo pacem dederint, tunc etiam laicos dare, et tunc oblatio offeratur. Solis autem ministris altaris liceat ingredi ad altare et ibidem communicare.

130

135

XX. Quoniam non oportet diaconum sedere ante presbiterum, sed ex iussione presbyteri sedeat. Similiter autem honorificetur et diaconus a ministris inferioribus et omnibus clericis.

140

XXI. Quoniam non oportet subdiaconos licentiam habere in secretarium sive sacrarium, quod Greci diaconicon appellant, ingredi et contingere vasa dominica.

XXII. Ministrum non oportet orariis uti, nec ostia derelinquere.

XXIII. Quoniam non oportet lectores aut psalmistas orariis uti, et sic legere aut psallere.

145

150 XXIII. *Quoniam non oportet clericos servientes a presbiteris usque ad diaconos et deinceps ordinis ecclesiastici omnes usque ad ministros, aut lectores aut psalmistas aut exorcistas aut ostiarios aut etiam eos, qui in proposito continentiae sunt, tabernas intrare.*

XXV. *Non oportet diaconem panem dare nec calicem benedicere.*

XXVI. *Non oportet exorcizare eos, qui necdum ab episcopis sunt proveci, neque in ecclesiis neque intra domos.*

155 XXVII. *Non oportet ministros altaris vel quoslibet clericos ad agapem vocatos partes tollere, propter iniuriam, quae ex hac occasione ecclesiastico ordini poterit deputari.*

XXVIII. *Non oportet in basilicis seu in ecclesiis agapem facere, et intus manducare vel accubitus sternere.*

160 XXVIII. *Non oportet Christianos iudaizare et in sabbato vacare, sed operari eos in eadem die dominicam praeponendo eidem diei si hoc eis placet vacent tamquam Christiani, quod si inventi fuerint iudaizare anathema sint.*

XXX. *Quoniam non oportet ministros altaris, vel etiam clericos quoslibet aut continentes se, et omnem omnino Christianum, cum mulieribus lavacra habere communia: Est enim apud gentiles prima reprehensio.*

165 XXXI. *Quoniam non oportet cum hereticis miscere conubia, et vel filios vel filias dare, sed potius accipere, si tamen profiteantur Christianos se futuros esse catholicos.*

XXXII. *Non oportet haereticorum benedictiones accipere, quoniam maledictiones sunt magis quam benedictiones.*

170 XXXIII. *Non oportet cum hereticis vel scismaticis orare.*

XXXIII. *Non oportet omnino Christianum derelictis martyribus Christi abire ad falsos martyres; hi enim alieni a deo sunt. Quicumque autem abire voluerit, anathema sit.*

175 XXXV. *Non oportet Christianos derelicta ecclesia dei abire ad angelos idolatriam nominandam congregationes facere, quae omnia interdicta sunt. Quicumque autem inventus fuerit occultae huic idolatriae vacans, sit anathema, quoniam derelinquens dominum nostrum Iesum Christum filium dei accessit ad idola.*

88r

180 XXXVI. *Quoniam non oportet ministros altaris aut clericos magos et incantatores esse, aut facere quae dicuntur philacteria, quae sunt magna obligamenta animarum. Hos autem, qui talibus rebus utuntur, proici ab ecclesia iussimus.*

XXXVII. *Quoniam non oportet a Iudaeis vel hereticis feriatica, quae mittuntur, accipere, nec cum eis dies agere feriatos.*

XXXVIII. *Non oportet a Iudeis azimas accipere, aut communicare impietatibus eorum.*

185 XXXVIII. *Non oportet cum paganis festa celebrare, et in impietatibus eorum habere societatem.*

XL. *Non oportet vocatos episcopos ad synodum contempnere, sed abire debere et aut docere aut doceri, quae sunt ad ecclesiae caeterorumque correctionem utilia. Quod si contempserit, se ipsum videtur accusasse, nisi forte pro infirmitate ire non possit.* 190

XLI. *Non oportet ministrum altaris, vel etiam laicum, sine canonicis litteris, id est formata, alicubi proficisci.*

XLII. *Non oportet ministrum altaris, vel quemlibet clericum, praeter iussionem episcopi ad peregrinandum proficisci.*

XLIII. *Non oportet ministros, id est ostiarios, vel brevi tempore ab ostiis deesse, et orationi vacare.* 195

XLIII. *Non oportet post duas ebdomadas quadragesimae quemquam ad baptismum suscipi.*

XLV. *Non oportet mulieres ingredi ad altare.*

XLVI. *Baptizandos oportet fidei symbolum discere, et quinta feria ultimae septimanae vel episcopo vel presbitero reddere.* 200

XLVII. *Qui in egritudine constituti baptismum perceperunt, sani facti symbolum fidei doceantur, ut noverint, qua donatione digni sint habiti.*

XLVIII. *Oportet baptizatos post baptismum sacratissimum crisma percipere et caelestis regni participes fieri.* 205

XLVIII. *Non oportet in quadragesima panem offerri, nisi sabbato et dominica tantum.*

L. *Non oportet in quadragesimae quinta feria ultimae ebdomadae ieiunium dissolvi, et totam quadragesimam inhonorari, sed per totos dies ieiunare et escis abstinentiae convenientibus, id est aridioribus, uti.* 210

LI. *Non oportet in quadragesima martyrum natalicia celebrari, sed eorum in sabbato et dominica tantum memoriam fieri.*

LII. *Non oportet in quadragesima aut nuptias vel quaelibet natalicia celebrari.*

LIII. *Non oportet Christianos ad nuptias euntes vel ballare vel saltare; sed caste cenare vel prandere competit Christianis.* 215

LIII. *Non oportet ministros altaris vel quoslibet clericos spectaculis aliquibus, quae aut in nuptiis aut caenis exhibentur, interesse, sed antequam themelici ingrediantur, surgere eos de convivio et abire debere.*

LV. *Non oportet ministros altaris, vel quoslibet clericos, aut etiam laicos Christianos, ex simbolis, quae vulgus commissalia appellat, convivia celebrare.* 220

LVI. *Non oportet presbiteros ante ingressum episcopi ingredi et sedere in tribunalibus, sed cum episcopo ingredi, nisi forte aut egrotet episcopus, aut in peregrinationis commodo eum esse constiterit.*

193 vel] *vel (erased letter almost certainly q) 194 episcopi] episcopi* 199 mulieres] mulieris before correction 200 symbolum] -b- over erasure 204 baptismum] baptissimum before correction 209 et escis] et**|scis; and scis has been corrected to escis

225 *LVII. Non debere in vicis et villis episcopos ordinari, sed visitatores, id est qui cum eant constitui; his autem, qui ante hoc ordinati sunt, nihil agere censemus sine conscientia episcopi civitatis. Similiter etiam presbiteri: nihil sine praecepto et consilio episcopi agant.*

LVIII. Non oportet in domibus oblationes ab episcopis sive presbiteris fieri.

230 *LVIII. Non oportet ab idiotis psalmos compositos et vulgares in ecclesiis dici, neque libros qui sunt extra canonem legere, nisi solos canonicos Novi et Veteri Testamenti. Quae autem oporteat legi et in auctoritatem recipi, haec sunt: Genesis, Exodus, Leviticus, Numeri, Deuteronomium, Iesu Nave, Iudicum, Ruth, Regnorum libri quattuor, Paralipomenon libri duo, Esdrae, Liber Psalmorum numero CL, Proverbia Salomonis, Ecclesiastes, Cantica Canticorum, Iob, Esther,*
 235 *duodecim prophetarum libri XVI, id est: Oseae et Amos, Iohel, Abdias, Ionas, Micheas, Naum, Abacuc, Sophonias, Aggeus, Zacharias, Malachim, Isaias, Hieremias, Ezechihel, Danihel. Novi Testamenti, id est: Evangelium secundum Matheum, secundum Marcum, secundum Lucam, secundum Iohannem; Actus Apostolorum; canonicae epistolae VII: Iacobi una; Petri duae, prima et secunda; Iohannis tres, prima et secunda et tertia; Iudae una; epistolae Pauli apostoli numero XIII: Ad Romanos; ad Corinthios, prima et secunda; ad Galathas; ad Ephesios; ad Philipenses una; Ad colosenses .i.; ad Thessalonicenses .ii., prima et secunda; ad Timotheum duae, prima et secunda; ad Titum; ad Filimonem; ad*
 240 *Hebreos.*
 245

EXPLICIT SYNODUS LAUDICIAE

226 cum eant] read circumeant eant] e*ant, probably erant before correction 231 Veteri] read Veteris 233 Leviticus] corrected from Leviticum (?) 237 Malachim] in margin: vel Malachias 240 Iacobi] corrected from Iacob 243 una ... ii] duae before correction